Reliquæ sunt duæ partes: fortitudo. s. & tẽperantia: sed prius agit de fortitudine: & ponit exemplũ Vlyxis: quẽ ostendit nõ potuisse uiri fortis & magni decorẽ seruare: si domi remãsisset uitans bellicos labores: quis id utile potuisset uideri. Ithacæ: quæ erat patria sua: cuius desiderio dicebat apd Homerũ se teneri in hæc uerba. Ithaca oium clarissima occasũ uersus: aspera qdẽ: sed optima iuuentutis altrix: q̃ ego nihil unq̃ amœnius uidi. Ociose: sine laboribus bellicis. ¶ Cũ parẽtibus: Laertæ: & Autolia matre. Vxore: Penelope. Filio: Thelemacho. ¶ An ullũ tu decus sẽsus ẽ. Nulla trãqllitas & uita ociosa põt cõferri cũ decore & laude: quam meretur quis ex laboribus & piculis additis p decoro seruando. Tranqllitas enĩ quæ honesta nõ ẽ nõ põt esse utilis. ¶ Ab Aiace: filio Thelamõis supato ab Vlyxe ĩ iudicio armorũ. ¶ Cuius ipse princeps: hæc erãt uerba Aiacis ĩ tragœdia qbus exprobrabat Vlyxi: qd militiã subterfugerit simulatione ĩsaniæ. Quod ni Palamedis: Vlyxes ne iret ad bellũ furorẽ simulauit: sed Palamedis pspicaci igenio simulatio illa detecta ẽ. Nã cũ araret: & salẽ sereret: ut furens uideret. Palamides obiecit aratro Thelemacum: & sic timẽs filio se aperuit. ¶ Id qd fecit: qm̃ errauit p maria: & uarios labores ppessus ẽ: ut cãit Homerus ĩ odissea. ¶ Barbaris Phrygibus. ¶ Nr̃am romanã. & affert exẽplũ Reguli: q ad suppliciũ redire maluit: quã aliqd d cõstãtia & fide remittere. ¶ Cõsul iterũ: in secundo consulatu: ĩ quo collegã habuit. L. Mãliũ. Bis cõsul fuit Attilius regulus de secũdo cõsulatu: nota est historia apd. T. Liuium & Polybiũ. Ex insidiis: Xantippus missus a Lacedæmoniis ĩ auxilium Carthaginẽsiũ militaris rei peritissimus callide exercitum ĩstruxerat. Elephãtosq; in hostes ĩmiserat. Vnde pugnatũ ẽ aliq̃diu dubio marte. Sed Xanippus simulata fuga Romanos ad ĩsidias traxit & Regulus captus ẽ: & Romã missus: ut aut pacẽ suaderet noie penorũ: aut captiuorũ permutationẽ. Suasit ne fieret pmutatio: addidit ẽt sibi uenenũ datũ ad tẽpus: quo paulatim tabescẽte corpe facta pmutatione extingueret. ¶ Vxore: Martia. ¶ Cũ liberis duobus filiis: quorũ alter ut ẽ apud Syllium Seranus uocabat: alter Regulus. ¶ Quæ censes: respõdet Cicero talia non eẽ utilia: qm̃ sunt cõtra magnanimitatẽ & fortitudinẽ: de qbus nunc agitur: ut dictum ẽ. Nam locupletiores: an iqt quærit maiores auctores ipsa magnitudine animi & fortitudine: quæ negãt talia nõ eẽ utilia: qa sibi repugnẽt. q. d. Hæ uirtutes ostendũt illã specie utilitatis eẽ falsã.

Reliquæ sunt duæ ptes honestatis: quarũ altera in aĩ excellentis magnitudine: & præstãtia cernit: altera ĩ cõfirmatiõe & moderatiõe cõtinẽtiæ & tẽperãtiæ. Vtile uidebat ulyxi: ut qdã poetæ tragici pdiderũt. Nã apd Home. optimũ auctorẽ talis de ulyxe nulla suspitio ẽ: sed ĩsimulãt eũ tragœdiæ: simulatiõe ĩsaniæ militiã subterfugere uoluisse non honestũ cõsiliũ ac utile: ut aliqs fortasse dixerit: regnare & Ithacæ uiuere ociose cũ parẽtibus: cũ uxore: cũ filio: An ullũ tu decus ĩ quotidianis piculis & laboribus cũ trãqllitate hac referẽdũ putas. Ego uero istã cõtẽnẽdã & abiiciẽdã: qm̃ q̃ hõestũ nõ sit ne utilẽ qdẽ eẽ arbitror. Quid enĩ auditurũ putas fuisse Vlyxẽ: si ĩ ipsa simulatione pseueraſſet: q cũ maximas res gesserit in bello: tñ hæc audiuit a Aiace: cuius ipse princeps iurãdi fuit. Quod oẽs scitis solus neglexit fidẽ: furere assimulauit. ne eo iret quo ĩstituit. Quod ni palamedis pspicax prudẽtia ipsius pcepisset malicioſã audaciã fide sacrata ius ppetuo falleret. Illi uero nõ mõ hostibꝰ. Verũ ẽt cũ fluctibus id qd fecit. Dimicare melius fuit: q̃ desere reſtiẽtẽ græciã ad bellũ barbaris ferendũ: Sed dimittãus & fabulas & externa ad rẽ factã nr̃amq; ueniãus. M. Attilius Regulus cũ cõsul iterũ ĩ africa ex ĩsidiis captus eẽt duce Xãtippo lacedæmõio: ĩpatoſ ãt pre Hãnibalis Hamilcare iuratus missus ẽ ad senatũ: ut nisi eẽnt rẽditi pœnis captiui nobiles qdã rediret ipse Carthaginẽ. Is cũ Romã uẽisset: utilitatis spẽm uidebat: sed eã ut res declarat falsã iudicauit: q̃ erat talis manere in pria: eẽ domi suæ cũ uxore cũ liberis q̃ calamitatẽ accepisset ĩ bello cõem fortunæ bellicæ iudicantẽ: tenere consularis dignitatis gradũ: qs hæc neget eẽ utilia: quæ cẽses magnitudo aĩ: & fortitudo negat. Nã locupletiores quæris auctores. Hui enĩ est uirtutũ ppriũ: nil extimescere. oĩa hũana despicere: nihil quod hoĩ accidere possit intollerandum putare. Itaq; quid fecit. in senatum

Mandata: Carthaginenſiū de pace & pmutatiōe captiuoꝝ. Sniam: ne diceret: qm̄ negabat fas eſſe captiuo ſedere irer cōſulares & liberos ciues: ac dicere ſniam. Atq; illud ēt: affert id qđ potuiſſet aliqs dicere cōtra regulū. Cū uigilando necabat: tenebat Regulus ī tenebris: & repēte arboribus ſolis obiicie bat: cogebatq; reſpicere ad ſolē iſutis ſurſū ac deorſū palpebris: tū ſōno diu ꝓhibitus deceſſit. Armariū ex tabulis ligneis peni excogitauerāt ſuppoſitis ēt acutis lignis diſpoſitis ſtimulis p latera armarii: quo clauſerūt Regulū: ita ut nec iacere: nec adherere poſſet: niſi fixus ſtimulis. Vū dicit Sene. loquēs de ſupplicio Reguli. Figūt cutē clauī: & quo cūq; fatigatū corpus iclinauit: uulneri incūbit & ī ppetuā uigiliā ſuſpēſa ſūt lumina. At ſtulte: affert aliud: qđ qs cōtra Regulū potuiſſet afferre. Fūdamenta naturæ: qm̄ honeſtū eſt ſecūdū naturā: & nihil ē utile qđ nō ſit honeſtū: qđ q nō tenēt: & utile ab honeſto ſeparāt: puertūt fūdamēta naturæ. uñ Socrates illos execrari ſolebat: q hæc duo cōiūcta natura opiniōe praua diſtraxiſſet. Rapimur. ui & ipio naturæ ſed nos corrupti ueꝝ utile nō deſpicimus auaritiæ nubilo: aut alterius affectus caligine obducti æſtuq; cupid tatū iflāmati: iō dicit utilia non poſſe reperiri: niſi ī laude decore & honeſtate & hæc ſūt ꝑma: & ſūma iqt utilitas neceſſitati naturæ ſubuēit: illa uero afferūt ſplēdorē noīs & gliā: pp honeſtatē qppe laudamur. Illa: laudē: decorē & honeſtatē: qbus dat primus & ſūmus locus. Vtilitas āt expetitur pp neceſſitatē: g̃ ꝑſtabiliora magis appetenda ſūt. & cæteris ꝓponēda. Quid eſt igit: affert ea q̄ potuiſſēt dici ↄtra Regulū: q; noluerit iuſiurādū uiolare: ne Ioue iuocatū offēderet. & has rōes Cice. cōfutabit: oſtendetq; Regulū officio boni magniq; uiri functū eſſe. Nihil hr̄e negocii: & hi fuerūt epicurei. Epicurus enī dicebat q; beatū æternūq; ē id ipſū nec hr̄e quicq̄ negocii: nec exhibeē alteri: ita neq; ira: neq; gr̄a teneri: q; quæ talia eēnt ibecilla eſſent oīa & negabat Epicurus ī deo eſſe gratiā. Sed eoꝝ: peripatheticorū. ſ. ſtoicorū & academicorū. An ne igitur proponit id qđ ꝑ Regulo dici potuiſſet: & introducit reſpondentē & aſſerētē turpitudinē ipſā cē minimū malū: q; poſtea Ci. refellit. Minima de malis. ſ. eſt ipſa turpitudo: quæ in ſe minus hēt mali. quam ille cruciatus. Apud Actiū: in tragœdia: ī qua Atreus: q fratrem deceperat thyeſtē: hæc uerba dixit: ſc. ſ. nec fregiſſe fidem: nec dediſſe qm̄ uoce tantū non mente iurauerat. Impio: alieō ab oī pietate & dei cul-

uenit: mādata expoſuit. ſniam ne diceret recuſauit q̄diu iureiurādo hoſtiū teneretur nō eſſe ſenatorē. Atq; illud ēt: o ſtultum hoīem dixerit quiſpiā & repugnātē utilitati ſuæ reddi captiuos negauit eē utile. Illos. n. adoleſcentes & bonos duces eſſe: ſe iā cōfectū ſenectute. Cuius cū ualuiſſet auctoritas captiui retenti ſunt: ipſe carthaginē rediit: neq; eū charitas patriæ retinuit: nec ſuoꝝ: neq; uero tamen ignorabat ſe ad crudeliſſimū hoſtē & ad exquiſita ſupplicia proficiſci. Sed iuſiurandū cōſeruandū putabat. Itaq; tum cū uigilando necabatur erat ī meliori cā q̄ ſi domi ſenex: captiuus periurus & cōſularis remāſiſſet: at ſtulte qui non mō non cēſuerit captiuos remittēdos: ueꝝ ēt diſſuaſerit. Quomodo ſtulte etiā ne ſi reipu. conducebat. Poteſt aūt quod inutile reipu. ſit: id cuiq̄ ciui utile eſſe: peruertūt hoīes ea quæ ſūt fundaméta naturæ cum utilitatē ab honeſtate ſeiungunt. Oēs enim expetimus utilitatem ad eāq; rapimur; nec facere aliter ullo modo poſſumus. Nā quis eſt q utilia fugiat: aut quis potius: q ea nō ſtudioſiſſime ꝑſequat. Sed quia nuſq̄ poſſumus: niſi ī laude: decore: honeſtate: utilia reperire: ppea illa prima & ſūma habemus: utilitatis nomē nō tā ſplendidū q̄ neceſſariū ducimus. Quid ē igit dixerit quis in iureiurando. Nū iratū timemus Iouem. At hoc quidem cōe eſt oīum philoſophorū: non eorū modo qui deū nihil hr̄e ipſum negocii dicūt: & nihil exhiberi alteri. Sed eoꝝ ēt qui deū ſemper agere aliqd & moliri uolunt nūq̄ nec iraſci deū nec nocere. Quid āt iratus Iuppiter plus nocere potuiſſet: q̄ nocuit ſibi ipſe Regulus. Nulla igitur uis fuit religionis: quæ tantā utilitatem puerteret. An ne turpiter faceret. Primū minima d' malis. Nū igitur tm̄ mali turpitudo iſta habebit quātum ille cruciatus. Deīde illud etiā apud Actium. Fregiſti ne fidem: neq; dedi: neq; do īfideli cuiquā. Quāquam ab impio rege dicit: luculente tamen dicit. Addunt

tu:cui pietatem debemus:& crudelissimo ī fratrē. ¶Luculente:clare & bene. ¶Addūt ēt:hæc sūt alia:q̄ afferebant cōtra Regulū. Sed p̄ma uideamus:refellit Cice. ea q̄ cōtra Regulū dicta sūt resumēs p̄mū d iureiurādo:quod iterp̄tatur ut oñdat nullo mō uioladū esse. Apta pinis:cōiūcta.i. pēnata & uolā: aspere. apud antiquos significabat cōiūgere:inde apud Vir. Cælū stellis ardētibus aptū. iusiurādū Iouis: qm̄ inuocabāt iurādo iouē capitoliū. ¶In capitolio. fidē in capitolio p̄mus cōsecrauit Attilius calatinus inde. M. Aemilius scaurus sed ne malū qdē:hæc fuit opinio Stoicoꝝ statuentiū nihil esse numerandū ī malis p̄rer uitia:de his rebus abunde dictū est supra. Stoici dicebāt dolorē nō esse malū:& beatā uitā ,descēsurā ī oia tormēta. ¶Igit regulus ī illo dolore nihil mali habebat;qa nō discedebat ab officio & uirtutis præscripto.

ēt quēadmodū nos dicamus uideri q̄dā utilia:q̄ nō sint:sic se dicere uideri q̄dam honesta:q̄ nō sint: ut hoc ipsū uī honestū cōseruādi iusiurandi cā ad cruciatū reuertisse. Sed fit nō hōestū:qa qd̄ p̄ uim hostiū eēt actū ratū eē nō debuit. Addūt ēt q̄cqd uallde utile sit:id fieri honestū:ēt si antea nō uideretur Hæc fere ɔtra Regulū. Sed p̄ma uideamus. Nō fuit Iuppiter metuēdus:ne iratus noceret:qa neq; irasci solet:neq; nocere Hæc qdē rō nō magis cōtra Regulū q̄ ɔtra omne iusiurādū ualet. Sed ī iureiurādo:ñ q̄ metus:sed q̄ uis sit debet ītelligi. Est. n. iusiurādū affirmatio religiosa:qd̄ aūt affirmatiue:q̄si deo teste,pmiseris:id tenēdū ē. Iā. n. nō ad irā deoꝝ:q̄ nulla ē sed ad iustitiā & ad fidē p̄tīet. Nā p̄clare Ennius O fides alma apta pīnis & iusiurādū Iouis. Qui igi tur iusiurādū uiolat:is fidē uiolat:q̄ ī capitolio uicinā Iouis optimi maximi,ut ī Catōis oīone ē:maiores nr̄i eē uoluer̄t. At̄. n. ne iratus qdē Iuppiter plus regulo nocuisset:q̄ sibi nocuit ipse regulus. Certe si nihil malū eēt nisi dolōre:id aūt ñ mō ñ sūmū malū. Sed nec malū qdē eē maxīa auctoritate phī affirmāt. Quoꝝ qdē testē ñ mediocrē:sed haud scio an grauissimū Regulū. Nolite q̄so uituparе. Quē. n. locupletiorē q̄rimus:q̄ p̄ncipē publicæ rei: q retinē di officii cā:cruciatū subierit uoluntariū. nā q aiūt minima de malis:hi ut turpiter potius q̄ calamitose. An ē ullū maius malū turpitudīe:quæ si ī deformitate corporis habeat aliquid offēsiōis:q̄ta illa deprauatio. & fœditas turpificati animi debet uideri: Itaq; neruosius:q illa dissерunt solū audēt malū dicere:id quod turpe sit:q aūt remissius:hi tñ nō dubitāt summū malū dicere. Nam illud quidem neq; dedi neq; do fidē infideli cuiq̄:Iccirco a poeta dicit: qa cū tractaretur Atreus personæ seruiēdū fuit Sed si hic sibi sumūt:nullā esse fidē:quæ īfideli data sit

Phī:stoici.s. ¶Nā q aiūt. refellit alid de turpitudīe:q̄ illi dicebāt minimā d malis:& sic cōcludebāt potius uiuendū esse cū turpitudie q̄ cū calamitate q̄ est cōtra p̄scriptū naturæ q̄ hōestū amat & turpitudinē auersat & odit & ofidit Ci. nullū malū esse maius turpitudīe & uitio. Turpitudo. n. maxime refert ad mores:inde turpis dī īfamis ¶Quæ:turpitudo si alios offēdit: cū ē in corpore:q̄to magis in aīo. ¶Itaq; neruosius:& iō inqt Cice. Stoici q sūmā uim dabāt uirtuti:nec illā enerubāt ut Peripathetici & Academici dicebāt id solū esse malū:qd̄ esset turpe Peripatetici aūt dicebant uitiū esse sūmū malū:& sic relinq̄bat eē alia mala p̄ter turpitudinē:ut sunt dolores cruciatus. &c. Id genus: q̄ Stoici mala eē negabāt qm̄ turpitudīe uacarēt. Neruosius:fortius & uirilius:ut erāt Stoici. ¶Solū:nec posse dici aliud esse malū p̄ter uitiū. ¶Qui remissius. i. q nō tm̄ roboris uirtuti tribuunt. & hi sunt Peripathetici dicētes multa esse mala sed uitiū esse summū. Nam illud qdē nunc transit ad sententiam actii ostendens seruari a poeta decorū personæ nam cum persona Atrei impii & infidi tractaretur:& sic debebat induci ut loqueretur. Itaq; Actius non ideo id dixit quia ita sentiret: sed ut seruaret decoꝝ personæ:& ostendit Cicero fidem esse seruandā etiam hosti:ut fecit Regulus;qui illis fidē seruauit qui nullam fidem habebāt. ne ab officio discederet. Ideo Syllius eum celebrat dicens: Qui longum semper fama gliscente per eum. Infidis seruasse fidem memorabere pœnis:quotiens īqt iuramus mente. & id mente cōcipimus fieri oportere:seruandum est. Piratis autem non est seruanda fides:quia inter ipsos ius bellicum non intercedit. Nis autē seruanda est fides:cum quibus legittime bellum geritur.

Iusiurandum

¶ Perduellū: hostium q quondā uocabantur perduelles: & declarat Ci. qd sit peierare: afferrens uerba Etheoclis aput Eurypidē i phœnissis q iurauerat se peracto āno datuꝝ sceptrū fratri suo Polycini. Sed post eā dixit se iurasse lingua nō mente. ¶ Scite: docte & sapiēter. ¶ Ius feciale: de quo dictū ē i pmo uo lumīe: & affert exēpla eoꝝ: q dediti sūt hostibus a senatu: ne ius bellicū uiolaret. Seruāda. n. sūt iura bel li: ut suo loco dictū ē. Apud Caudiū: Caudiū regio erat apud sannites: ide Caudinæ furcæ. Saltus duo alti siluosiq; sūt: inqt Liuius mōtib⁹ circa se ppetuis iter se iūcti: iacet iter eos satis patēs clausus i medio cāpus herbidus: a quo susq; p quē me diū iter est sed anteq uenias ad eū in trādæ pmæ angustiæ sūt: & aut eadē q te īsinuaueris uia repetēda: aut si ire porro pgas p aliū saltū arctiorē ipedi tiorēq; euaddendū: illic missus fuit ro manus exercitus sub iugū a Sānitib⁹ duce Pōtio. T. Veturio Caluīo & Sp. posthumo cōsu. nota ē historia apud Liuiū li. ix Qu. Aemilius. Tētata inqt Liuius paulisp itercessio ē a. L. Liuio. & Qu. Aemilio. tribunis: q neq; exo lui religiōe pplum aiebāt dditiōe sua nisi oīa sānitibus qlia apud Caudium fuisset restituerēt: neq; se p eo q spō dēdo pacē seruasset. Exercitū pplī ro. pœnā ullā meritos eē. Fuit suasor: le ge apud Liuiū uerba posthumi id sua dētis. C. Mācinus. Qu. Pōpeius con sul a Numātinis supatus pacē ignobi lē fecit post cū. C. hostiliꝰ Mācius cō sul iteꝝ cū Numātinis pacē fecit infa mē: quā porro & senatus īfringi iussit atq; ipsū mācinū hostibus tradi. ut i il lo q̄si auctore fœderis sæuirēt & uidi carēt. Mācinus auctore Plu. ignauissi mus oīum romanoꝝ ducū fuit: & uic tus a Numātinis caduceatorē ad pa cē petendā hostibus misit: q Tyberiū Mācini quæstorē ad se mitti petiere: q ad eos pfectꝰ fœdus iecit. & sic. xxx milia ciuiū romanoꝝ & alios q extra ordinē sequuti erant seruauit: qd fœ dus a romanis tanq decus īprobatū fuit cēsentibus: ut cōsul cū quæstore ac tribunis militū hostibus dederetur tandē milites quoꝝ magna pars erat ex plæbe effecerūt: ut oībus præterq Mācino cōsuli parceret. ¶ Honestius: cum maiore laude fortitudinis & ma gnanimitatis. In eadem causa: quoni am & ipse ante Mancinum pacem ro mano nomini in decorē fecerat. Hic apud Pompeiū: qui nolebat hostib⁹ dedi. ¶ Apud superiores: Titū: Veturi um: Spuriū Posthumū cōsulibus: qui fuaserunt pp honestatem: ut hostibus dederētur. At non debuit ratū esse: affert aliud quod potuisset obīci Re gulo: & refellit hoc Cicero dicens, ēt

Videsne etiā hostib⁹ seruāda esse

uideant ne q̄ratur latebra periurio. ē aūt ēt ius belli cū fideq; iūs iurādi sæpe hosti seruāda. Quod enī iuratū ē: ut mēs cōciperet fieri oportere: id obseruā dū ē. Quod aliter id si nō fecerit nullū piuriū ē: ut si prædonib⁹ pactū, p capite præciū nō attuleris nul la fraus ē: ne si iuratus qdē id nō feceris. Nā pyrata nō ē ex pduelliū numero diffinitus: sed coīs hostis oīum: cū hic nō fides esse debet: nec: nec iusiurādū: cōmune. Nō. n. falsū iurare p̄ ēt are ē. Sed qd ex animi tui sīa iuraueris: sicut uerbis cōcipit: mor nostro id nō facere: piuriū ē. Scite. n. Euripides iuraui līgua: mētē iiuratā gero. Regulus uero nō debuit cō ditiōes pactionesq; bellicas & hostiles pturbare piu rio: cū iusto. n. & legitimo hoste res gerebat: aduer sus quē & totū ius feciale & multa sunt iura cōmu nia. Quod ni ita esset nunq claros uiros senatus uī ctos hostibus dedisset. At uero. T. Veturius & Spu rius posthumius. cū iteꝝ consules essent: quia cum male pugnatū apud Caudium esset: legionibus no stris sub iugū missis pacem cū Samnitibus fecerāt dediti sunt his. In iussu enim populi senatusq; fece rant. Eodemq; tēpore. T. Numitius. Quītus Aemi lius qui tum tribuni plebis erant: quod eorum auc toritate pax erat facta dediti sunt: ut pax Samnitū repudiaretur. atq; huius deditionis ipse Posthumi us qui dedebatur suasor: & auctor fuit: qd idē mul tis annis post. C. Mancinus: qui ut Numātinis: q bus cū sine senatus auctoritate fœdus fecerat: dede ret rogationē suasit eā quā Lucius Furius & Sextus Attilius ex senatusc cōsulto ferebāt: qua accepta est hostibus deditus. Honestius hic q Qu. Pompeius. quo cū ī eadē cā eēt deprecāte accepta lex nō ē. Hic ea q uidebat utilitas plus ualuit q hōestas. Apd su piores utilitatis spē falsa abhōestatis auctoritate su pata ē. At nō debuit ratū esse quod erat actū p uim q̄si ñ forti uiro uis possit adhiberi. Cur igr ad fēatū

proficiscebat cū præsertim de captiuis dissuasurus eēt: Quod maximū ī eo est id reprehenditis: Non enī sub iudicio stetit: sed suscepit causā ut eēt iudiciū senatus cui nisi ipse autor fuisset captiui, pfecto pœnis redditi eēnt. Ita ī columis in patria Regulus restitisset: quod qa patriæ nō utile putauit id fieri honestū sibi & sentire illa & pati credidit. Nā qđ aiunt qđ ualde utile sit id fieri honestū: immo uero eē non fieri. Est nihil utile q̄ idem nō honestū: nec qa utile honestū ē: sed qa honestū utile. Quare ex multis mirabilibus exēplis haud facile quis dixerit hoc exēplo: aut laudabilius, aut præstātius. Sed ex tota hac laude Reguli: unū illđ ē admiratiōe dignū qđ captiuos retinēdos cēsuerit. Nā quod rediit nobis nō admirabile uidet: illis quidē tēporibus aliter facere nō potuit. Itaq; ista laus nō est hominis: sed tēporū. Nullū etiā uinculū ad astrīgēdā fidē iureiurādo maiores arctius eē uoluerūt: id indicāt leges in duodecī tabulis: indicant sacratæ: indicant fœdera: quibus & cum hoste deuincit fides: indicant nationes: animaduersioneſq; censorū: qui nulla de re diligētius: quā de iureiurādo iudicabāt. L. Mālio Auli filio: cū dictator fuisset. M. Pōponius tribunꝰ plebis diem dixit: quod is paucos sibi dies ad dictaturā gerēdā addidisset. criminabatur etiā quod Titū filium: qui postea est Torquatus appellatus ab hominibus relegasset: & ruri habitari iussisset. quod cum audiuisset adolescens filius negocium exhibere patri accurrisse Romā: & cum prima luce Pōponii domū ueniſſe dicit. Cui cū esset nunciatū quod illum iratum allaturū ad se aliqd cōtra patrē arbitraretur surrexit e lectulo remotisq; arbitris ad se adolescentē iussit uenire. At ille ut īgressus ē cōfestim gladiū distrinxit: iurauitq; illū statim interfecturū: nisi iusiurādū sibi dedisset: se patrem missum eē facturū Iurauit hoc terrore coactus Pomponius rem ad populum detulit: docuit sibi a cā desistere necesse eēt. Manliū missū fecit. Tantum tēporibus illis iusiurandū ualebat: atq; hic. T. Manlius is est: qui ad Anienem galli: quem ab eo prouocatus occiderat: torque detracto cognomen īuenit: cuius tertio cōsulatu latini ad ueserī fusi & fugati magnꝰ uir ī pmis: uiro forti posse uim adhiberi. Est aūt uis: ut Paulus finit: & supra dictum ē maioris rei impetus: q repelli nō pōt. Nā quod aiūt: refellit postremū: q cōtra Regulū dicebat: & dicit id qđ ualde utile ē eē honestum nō fieri: qm̄ nihil ē utile: qđ nō sit honestū: & utile aliqd dicit, ppter hoc quia honestū ē: nec dicimus aliqd eē honestū: quia sit utile: sed utile qa honestū. Mirādū inqt in Regulo q̄ cēsuerit nō fieri pmutationē eo tpe iusiurandū erat arctissimū uinculū ad astringēdā fidem qđ patet ī legibus duodecim tabularū: & sacratis: & ēt in notis cēsoriis & iudiciis cū cōderēt lustra: & recognoscerēt mores ut in illos q ab officio discessissēt aīaduerteret de cēsura dictū ē: & affert exēplū. M. Pōponii tribuni plebis q ne iusiurādū uiolaret. L. Manliū: cui diem dixerat: missum fecit. L. Manlius claui figendi cā dictator dictus est: qui pinde: ac rei gerēdæ: ac nō soluendæ religionis cā creatus esset: bellū hernicū affectās delectu acerbo iuuentutē agitauit. Tandēq; oībus in eū tribunis plebis cohortis seu ui: seu uerecūdia uictus dictatura abiit. In ꝓncipio āni sequētis dies Mālio dī a M. Pōponio tribuno plæbis crimini q̄ ei tribunus inter cætera dabat inqt Liuius: quod filiū iuuenem extorrem urbe domo penatibus foro: luce: congressu æqualiū, phibitum in opus seruile p rope in carcerē atq; ī ergastulū dederit: hic iuuenis. T. Manlius ad pōtem anienis Gallū uicit: & torquē ademit dictatore. T. Quīto pœno. Negociū exhibere patrī. i. urgeri ī iudicō unde apud Senecā uetuit illi exhibere negociū Cæsar: & agellos ī quibus uicinalis uia cā rixæ ac litiū fuerat militi suo donauit. Cognomen: qm̄ uocatus ē Torquato a Torque hosti adēpto. Ad ueserim: pugnatū ē inqt Liuius cū latinis nō ꝓcul a radicibus uesuuii mōtis: qua uia ad ueserim ferebat: consules erant. T. manlius: & Decius: q se ꝓ romanis legiōibus duouit & Mālius autore Liuio ea uirtute atq; cōsilio ī plio fuit ut facile cōuenerit īter scriptores utrius partis. T. Mālius dux fuisset eius futurā haud dubie fuisse uictoriā. Veseris ē fluuius cāpaniæ

Acerbus in filiū: qm̄ ipsū securi percuri iussit. qa in iussu suo cū Genutio Metro duce tusculanorū pugnauerat & uictor spolia retulerat nota ē historia apud Liuiū. Sic decem illi discrepant inter se auctores i hac historia Lege Liuiū: & Polybiū. Decem elegerunt captiui: qui romā ad senatū iret: & cū essent egressi castris & se redituros iurasset unus ex his inquit. Liuius/ minime romā ingenii homo: uelut aliquid oblitus iusiurādi soluēdi cā cū i castra rediisset añ noctē comites assecutus ē: & re ifecta cū nouē ad Hannibalē redirēt: ille domū abiit: qđ falla ci redditu in castra iureiurādo se exoluisset: qđ ubi innotuit cōprehēsus est & custodibus publice datis ad Hānibalē missus est. Aliq scripserūt decem legatos primū uenisse: deide tres alios. L. Scriboniū. C. Calphurniū &. L. Māliū: & hos tres ad Hānibalē re nō ipetrata reuertisse: & decē illos remānsisse: qđ p cām recognoscēdi nomina captiuoꝝ ad Hānibalē ex itinere regressi religione exoluisset sese: & hos ꝓximis censoribus adeo oībus notis ignominiisq; cōsect: os eē: ut quidam eoꝝ mortē sibiipsi cōsciuerit: cæteri nō foro solū oī deide uita: sed ꝓpe luce ac publico caruerīt. A Paulo: & Varrone q erāt cōsules: cū ad cannas pugnatū ē. Vbi Paulus cecidit & Varro fugiēs Venusiā se recepit: & q in castris romanis erāt Hānibali se dedidērūt pacti ut arma atq; equos traderēt & ut se pecunia redimere posset: qđ senatus. T. Manlio suadēte renuit. Scribit idē Polybius. s.

Huius loci: disputationis: q ptinet ad fortē aīum & magnū.

Restat q̄rta ps. Postq̄ đ iustitia et prudētia: deq; fortitudie disseruit: trāsit ad ea q̄ ptinēt ad tēperātiā quartā ptē honestū: oñdēs nihil eē utile: qđ tēperātiæ repugnet. Et sic refelit illos q in uoluptate summū bonū statuerūt: q̄ nō ē utilis: qa nō ē hoēsta De decore & aliis mediocritatibus dictū est supra. Cyrenaici: qm̄ Aristippus cyrenaicus: ut dictū ē a quo cyrenaicū dogma i uoluptate sūmū bonū posuit: huius imitator & ipse cyrenaicus Annyceris phūs autore strabone fuit a quo ānyceri phi: hos postea imitatus ē Epicurus: quorum opinionē & qui nuper idulgens ī patrē idē acerbus & seuerus in filiū. Sed ut laudādus Regulus ī cōseruando iureiurādo: sic decē illi quos post Cannensē pugnam iuratos ad senatū misit Hānibal in castra ēdituros ea quorū erāt pœni. nisi de redimēdis captiuis ipe trauisset: si nō redierūt uituperandī: de quibus nō oēs uno modo. Nā Polybius bonus autor ī primis scribit ex decē nobilissimis: q̄ tūc erant missi nouē reuertisse a senatu re nō impetrata. Vnū ex decē q paulo postquā egressus erat e castris: rediisset quasi aliqđ esset oblitus Romæ remānsisse. Reditu. n. ī castra liberatū se eē iureiurādo interpretabat nō recte Fraus. n. distīguit nō dissoluit ꝑiuriū. Fuit igit stulta calliditas peruerse imitata prudētiā. Itaq; decreuit senatus ut ille ueterator & callidus uinctus ad Hānibalē duceret. Sed illđ maximū octo hominū milia tenebat Hānibal: ñ quos in acie cœpisset: aut qui periculo mortis diffugissent: sed qui relicti in castris fuissent a Paulo & Varrone consulibus: Eos senatus non censuit redimendos cum id parua pecunia fieri potuisset: ut eēt insitum militibus nostris aut uīcere: aut emori. Qua qđē re audita fractū aīum Hānibalis scripsit idem quod senatus populusq; Roma. rebus afflictis tā excelso aīo fuisset Sic honestatis cōparatione ea q̄ uident utilia uincūtur. Actilius autē qui græce scripsit historiā plures ait fuisse qui ī castra reuertissent: eadē fraude ut iure iurando liberarent: eosq; a cēsoribus oībus ignominiis notatos. Sit iā huius loci finis. Perspicuū ē enī q̄ timido aīo humili: demisso: fractoq; fiāt: q̄le fuisset Reguli factū si aut de captiuis: qđ ipsi opus eē uidētur: non quod reipu. censuisset: aut domi remanere uoluisset: non esse utilia: quia sunt flagitiosa: fœda & turpia.

De tēperantia.

Restat quarta pars q̄ decore: moderatione modestia: cōtinētia: tēperātia cōtinetur. Pōt igit quicquā utile esse: quod sit huic talium uirtutum choro contrarium. At qui ab Aristippo cyrenaici atq; annyceriī philosophi nominati omne bonum in uoluptate posuerunt: uirtutemq; censuerūt ob eā rē esse laudandam. quod efficiens esset uoluptatis

Ci. refellit annyceris: ut inqt Strabo cyrenaicā sectam & emendauit: & anyceriam constituit. ¶ Quibus cyrenaicis & ānyceriis. ¶ Obsoletis: reiectis. cū iā uenerint ī desuetudinē: ná obsoletū dr id qđ iā obsoleuit. & uenit in desuetudinē. Floret: habet' ī pcio eius opinio: & suos habet sectatores. Cū his: cyrenaicis & epicuro. ¶ Velis eqsq; .i. omni conatu & terra mariq; ut eoꝝ opinio refellat': puerbiū est quotiens uolumus ostendere ultimū conatū. ¶ Vt dicitur ut ē in puerbio. Ná si: rō quare decertādū est cū his oī conatu: ut. s. error tollat' e medio: & id cōstituat': & teneat': qđ est e natura. Si inqt sūmū bonū ponet' in optima corpis ualitudie: ut uoluit Metrodorus Epicuri discipulus: non dabit' locus prudētiæ: q̄ si iō ab his ītroducit': ut eligat uoluptates: qd pōt esse turpius: q̄ pudicā matronam meretrici seruire.

obsoletis

qbꝰ obsoletis floret Epicurus: eiusdē fer' adiutor auctor: q; snīæ. Cū his uetis eqsq;: ut dr si honestatem tueri: ac retīere snīa ē: decertādū est: nā si nō mō utilitas: sed uita hoīs beata corporis firma cōstitutiōe: eiusq; ꝯstitutiōis spe explorata: ut a Metrodoro scriptū ē ꝑtinet'. certe hæc utilitas. & qdē sūma. sic. n. cē sent' cū honestate pugnabit. Nā ubi ꝓmū prudētiæ locus dabit'? an ut cōquirat undiq; suauitates. Quā miser uirtutis fāulatus seruiētis uoluptati. Quod aūt munus prudētiæ. An leger' itelliget' uoluptates. Fac nihil isto esse iucūdius: quid cogitari pōt ꝑpius iā qui doloré sūmū malū dicat: apud eū quē habet locū fortitudo. quæ est doloꝝ laboꝝq; contemptio Quamuis enim multis ī locis dicat Epicurus: sicut hic dicit satis fortiter de dolore: tñ non id spectādū est quid dicat: sed quid consentaneū sit ei dicere: q̄ bona ī uoluptate termīauerit: mala in dolore: ut si illum audiam de continentia & tēperātia. Dicit ille quidem multa multis locis sed aqua hæret ut aiūt. Nā quomō pōt tēperantiā laudare is qui ponat sūmum bonū in uoluptate. Est. n. tēperātia libidinū inimica. Libidines autem consectatrices uoluptatis

Atque in his tantum tribus generibus quoquomodo possunt: non in callide tergiuersantur. Prudentiam introducūt scientiā suppeditantē uoluptates depellētē dolores. Fortitudinē quoq; aliquo modo expediūt: cū tradūt rōnē negligēdæ mortis ꝑpetien

Spe explorata: cert' .i. q; qs explorātū habeat se habitu; firmā corpis constitutionē sine aliquo doloꝝ. Hæc utilitas: quā ipsi dicūt esse ī explorata ualitudine corpis: & sic relinquūt aium & prudētiā: q̄ debet habere delectum bonoꝝ & maloꝝ. Ná ubi rō quare talis utilitas cū honestate pugnabit. ¶ Vbi dabit' locus: ī qua re se exercebit prudētia: an ut iqrat suauitates corpis: q̄si dicat apud istos nullū hēt locū prudētia quā cōseruat tpantia. Illi aūt q in uoluptate sūmū bonū statuūt: destruūt tēperātiā: & p cōsequēs prudētiā. Sed esto ī qt nihil esse iucūdius tali opinioē: tñ nihil erit turpius: & cū turpitudine non stat honestū. ergo nec id qđ uere ē utile: & sic relinqt nihil esse utile: q; sit tēpantiæ & prudētiæ cōtrariū: & apud illos inqt: q ponūt sūmū malū ī dolore: nulla est fortitudo: q̄ oia terribilia contēnit pp honestatē. Epicurus: ut latius disputauit Ci. ī libris de finibus multa dicebat de tollerādo dolore: sed cū poneret summū bonū ī uoluptate: audiē dus nō erat: qm̄ absurda dicebat. Itaq; philosophus nō est ex solis uerbis spectādus. ¶ Cōsentaneū cōueniēs. Aqua hæret. i. ea q̄ dicit Epicurus absurda sūt & ueꝝ cursū nō habēt: quēadmodū aqua cū hæret: & nō fluit recto fluxu. ꝑ uerbiū ē ī illos: q absurda dicūt & minime cōueniētia: sed aliena a recto rōnis discursu. ¶ Vt aiunt: ut dicit' in puerbio quoniam non conuenit ponere summum bonum in uoluptate: & laudare temperantiam: quæ aduersatur uoluptatibus. & ponere summum bonum in indolentia: & laudare fortitudinem. Ista igitur nō sunt consentanea. ¶ Atque in his tantum tribus generibus: circa tres uirtutes inquit callide disputant: & uidentur eas aliquo modo amplecti allatis quibusdam rationibus: prudentiam scilicet fortitudinem & temperantiam: sed iustitiam omnino e medio tollunt & perconsequens liberalitatem: & ea omnia quæ ad cōmunitatem tuendam pertinent. ergo remota iustitia remouetur omnis uirtus: quæ ad iustitiam referturcum sit ad conseruationem humane societatis. ¶ Tribus generibus: prudentia: fortitudine: & temperantia. ¶ Tergiuersantur: fugiunt iustam repræhensionem: & alios fallunt uerbis: quibus uirtutes ipsas uidentur afferre tueri & expedire. nam tergiuersari est fallere & dicta mutare: & quasi tergum uertere. ¶ Suppeditantem: subministrantem corpori ipsas uoluptates: & hoc esse dicunt munus prudē. ¶ Expediūt expedire uident' introducer': & illi munus assignare suū: dicētes fortitudinē cē rōnē & modū

tergiuersari

qbus dolorē qs patiť: & negligit mortē cū uoluptate ut ipi dicūt. Vacillat: nutat: nec põt cõsistere: aut eē apud ipsos: cū oia referāt ad ppriā uoluptatē nō coēm: qđ ē contra iustitiā. ¶ Hæ uirtutes: liberalitas magnificētia: comitas: affabilitas. Neq; n. ratio quare iacēt hæ uirtutes qm̃ uirtus debet experi ꝓpter se nō ob aliud: & ipsi dicūt expetēdas eē ꝓpter uoluptatē. Hæc: hæ uirtutes & mediocritates: quæ pp seexpetunť: aliter nō essent uirtutes. de his rebus dictū est satis loco suo: & concludēs Cice. docet oēm uoluptatē esse contrariā hoēstati: & reꝑhendit Calliphonē & Dinomachū q ut i ꝓncipio dictū ē: hoēstati uoluptatē adiūxerūt arbitrantes hoc mō se dirimere cōtrouersias phōꝝ de sūmo bono. Errauerūt iquit: qm̃ hoēstati adiūxerūt uoluptatē: q honestas auersať: & odit. Vñ dicit Sene. Non indignor: q; post uoluptatē ponit uirtus: sed q; oio cum uoluptate cõferať contēptrix eius & hostis: et longissime ab illa resiliēs. Et finis bonoꝝ inqt Ci. non põt cõstitui ex dissimilibus: sed ex re simplici: ad q̃ oia referāť: Lactãtius sic taxat Aristippū: Nec satis fuit ita uiueŕ: sed docere ēt libidies cœpit: ac mores suos de lupanari ad scholã transtulit: disserēs uoluptatē corpis esse sūmum bonū quæ doctrina execrabilis & pudēda non i corde phi: sed in sinu meretricis ē nata. ¶ Alio loco: in libris de finibꝫ ubi de uario phōꝝ dogmate disputauit. disputauimus inquit: quēadmodū iudicari debeat & cognosci si qñ utilitas hoēstati repugnabit: & uoluptas ēt si hēret aliq̃ apparentiã utilitatis: tū cū hoēstate cõiũgi non põt: et uoluptas iquit aliqđ condimẽti & saporis hŕe põt: utilitatis aũt nihil habebit cū nō sit hoēsta. ergo uoluptas corpis nunq̃ utilis. quia nunq̃ hoēsta. Et sic nihil erit utile: quod tēperātiæ de q̃ agiť repugnabit.

IMponens Cicero huic opi quasi fastigiū & extremā manum: uertit sermonē ad filium captans a re ipsa beiuolentiã & ēt a se: monēs filiū ut his præceptis et monumẽtis gaudeat quæ ad ipsius eruditionē institutа sūt. Sed pinde: sic & tãti precii. ¶ Vt: sicut accepis. nã si illud magnifacies magnū erit nã res tanti sunt: quãti æstimãť. Nabes reuerendissime præsul a marso seruo munus multis uigiliis & sudoribus elucubratū: quod iuueibus & literaꝝ arcana ingressis pro futuꝝ arbitror. Sed pinde erit apud te & alios qui id qcq̃ est auspitio tuo lecturi sūt: ut acceperis & nomẽ auctoritatẽq; d'deris. qđ si mihi ut spo lectiõe tua & grato aio cõtiget ad maiora excitabor: at q̃ acri me aio spirare scias. Effice igiť quæso: ut pria hæc fætura pŕis aĩum nō rẽpmat: sed nois & æternitatis ardore flagrãtẽ & ad altiora currẽtẽ ad motis calcaribus ꝓpellat.

diq; doloris. Etiã tẽperãtiam ĩducũt nõ facillĩe illi qđ: sed tñ quoquomõ possũt. Dicũt. n. uoluptatis magĩtudĩe doloris detractationē fieri. Iustitia uacillat uel iacet potius. Oēsq; hæ uirtutes: q̃ ĩ comitate cernũť & ĩ societate generis hũani. Neq; n. boĩtas: nec liberalitas nec cõitas eē põt nõ plus q̃ aĩcitia: si hæc nõ ꝓ se expetãť: sed ad uoluptatē utilitatē ue referāť. Cõferaũs igiť ĩ pauca Nã ut utilitatē nullã eē docuiũs: q̃ hoēstati eēt ɔtraria. sic oēm uoluptatē diciũs hoēstati eē ɔtrariã. Quo magis reꝑhẽdẽdos Calliphonē et Dinoãchũ iudico: q se dirꝑturos ɔtrouersiã putauerũt: si cũ hoēstate uoluptatē: tãq̃ cũ hoĩe pecudē cõpulauissẽt nõ ŕcipit istã ɔiũctionē hoēstas aspnať: ŕpellit. Nec uero finis bonoꝝ et mal. q sim plex eē debet ex dissimilibꝫ rebꝫ miscẽri: & tẽpari potest. Sed đ hoc hactenꝫ. Magna. n. res: alio loco pluribꝫ uerbis disputata: nũc ad ꝓpositũ. Quẽ admodũ igiť: si q̃do ea q̃ uideŕť utilitas hoēstati ŕpugnat diiudicãda ŕs sit satis ē supra disputatũ. Sĩ aũt spẽ utilitatis ēt uoluptas hŕe dicať: nulla põt eē ei cũ hoēstate cõiũctio. Nã ut tribuaũs aliqđ uoluptati cõdimẽti fortasse nõnihil: utilitatis certe nihil hẽbit.

HAbes a pŕe munus Marce fili: mea qdẽ snĩa magnũ: sed pinđ erit ut accepis. Quãq̃ hi tres libri ĩter Cratippi cõmẽtarios tãq̃ hospites erũt recipiẽdi. Sed ut si ipse ueĩssẽ Athenas qđ qđ eẽt factũ: nisi me e medio cursu clara uoce patria ŕuocasset) aliqñ me quoq; audiŕs. Sic quoniã his uoluibꝫ ad te ꝓfecta uox mea ē: tribue his tꝑoribꝫ q̃tũ potеris: poteris aũt qtũ uoles. Cũ uero ĩtellexero te hoc scĩæ generť gaudere: tũ & præsẽs tecũ ꝓpe diẽ ut spero et dũ aberis absẽs loq̃r. Vale igr̃ mi Cicero: tibiq; ꝓsuade: te mihi qdẽ eẽ carissimũ: sed multo fore cariorẽ talibꝫ monumẽtis præceptisq; lætabere.

¶ M. T. Ci. de officiis finis.

Omni boni Leoniceni Vicentini in. M.T. Ciceronis de amicitia Opusculum interpretatio.

OPusculum hoc de amicitia ī duas cōsūmi partes a lectoribus cōsuetū ē: uidelicet ī ꝓhœmiū & tractatū. ꝓhœmiū exordioꝝ mire docilē & attētū reddit auditorē: ut ī sequentibus oñdemus. Tractatus uero regulā amicitiæ cōtinet. Amicitia ē duoꝝ uel pluriū mutua beniuolētia iter se cōgregata. Introduciť hic Lælius iā grādior natu loq̄ns de amicitia & eius ꝓcepta aliq̄ tradēs suis gñis Fānio & scæuolæ: qui iterro gāt ipsū Læliū: q̄re Publius Sulpitius & Pōpeius: quorū alter plebis tribu nus: alter uero ꝯsul fuit. In his magna tibus suā ꝑstinā amicitiā in inimicitiā nō mediocrē ꝯuerterūt: q̄ ex re totus ꝓpl̄us admirabaťtū nouitate rei: tū uero dāno: qđ conseq̄baťpopulus ex istoꝝ duoꝝ discordia. Rñdet aūt Lælius gñis hāc nō fuisse bonā amicitiā: & sic amicitiæ regulas īgrediť: q qdē Lælius superius ī catone iuuenis erat: nūc āt grādis natu duas filias uiris su pioribus locauit. Titulus opis erit ta lis: Lælius uľ de amicitia more Platonis inscribitur ꝓsona loquēs & mate ria quæ tractāda sit. Amicicia diffe

Titulꝰ operis

IN Vtius ex mutiorū familia fuit scæuola. In oī sermōe: in quo cūq̄ colloqo Lælū socerꝝ sapiētē ap pellat. Sūpta uirili toga: pueri rōa ni usq̄ ad. xiiii. ānū ꝓtextā ferebāt: dēi de cōuocatis amicis & ꝓpinq̄s sume bāt togā q̄ alios exigebat mores. i. uiriles. Quoad posse: q̄tū ad negocia. cūeni aliis nō erā occupatus negociis me ad senē cōferebā. Liceret: q̄tū ad necessitatē & honestatē. nō eni honestū erat ut tpe dormiendi ad illū ꝓficiscereť. A senis latere: denotat modū eūdi & notabile tradidit adolescentibus: ut senū cōsuetudinē cōsequāťa q bus disciplīas capere possūt. Disputata cū arte & rōne dicta. Tractū ē a ꝑ secatiōe arborū & uitiū. Breuiter & cōmode: sūt hic aliq̄ præcepta dť amicitia breuiter & apte tradita. Studebā: aium meum ad illa præcepta Scæ uolæ sūma cū uolūtate applicabam. Me ad pontificē: ad aliū scæuolā q princeps sacerdotū erat. Industria. i. laboribus honestis exercitādo ab idulgēdo siue ab urēdo dicta: nā urit ille q ad aliqd peragendū ardēs ē ut Vir. Instant ardētes tyrii: sicut ecōtra frigere dicimus ignauos. Terē. nimiꝝ hic hoies frigent. In hemicyclo: hemicyclus cathedra ī modū medii circuli appellaťnā ἡμι dť semis κυκλοσ circ'lus. Memīnisti attice: qūo iā cū Sulpi. familiaritatē hūit. Tribunus plebis: aduocatus: dť aūt tribunus: qa populus ꝓmos ī tres erat parter diuisus. ꝓmo fuerūt tribuni tres: deīde nouē. In ore oībus: totus ꝓpl̄us loq̄baťde istoꝝ inimicitia: q fuerūt amicitia cōiūctissimi: nūc āt capitali odio discordes sūt. Cōiūctissime: q̄tū ad bona externa. Amātissime: q̄tū ad aium: & īgt Salu. idē uelle: idē nolle. Quasi: uidēťeni se ī uicē alloq. Triplex. n. stilus ē ἀνηγματικοσ. i. narratiuus: qñ narrať de aliq̄ re: alter ē δραματικοσ. i. factiuus: q ē comœdiaꝝ: & tragœdiaꝝ: tertius ē μίκτοσ ut ī eneyde: Vir. stilus ē: qa fiūt. Dialogine: inquā & inqt: ut hæc ieptitudo uiteť: ne iterponerent hæc duo uocabula sæpe numero itroduxi istos loq̄ntes qbus illoꝝ frequentiā uocabuloꝝ uitamus. De amicitia: docilē facit auditorē: qñ de q̄ re sit dicturus

Exposito textu

pretextꝰ

Toga

Industria. e.

Affrigere

Hemicyclus

Stilus 3ꝰ

uel tractaturus sūmatim ostendit. ¶ Cognitiõe oīum: ex hoc libello hoīes amicitiæ ꝓcepta disserere poss sunt. ¶ Vtꝑdesse multis: attentiõe auditorē ꝓmonet: rē quæ ad eos ipsos auditores ptinet cõmemoratu rus ē auctor. ¶ Sed ut i Catone: poit silitudinē. nã quēadmodum Cato locutus ē i senectute. sic Lælius in amicitia sermonē hēbit. ¶ Aptior: pua nõ solũ ætate: sed ēt prudētia. fuit. n. Cato sapientissimus senex: iõ bñ de senectute disputauit: sic Lælius amicitiã exptus de ea ꝑte disputauit. ¶ Floruisset. s. moribus & cognitiõe multaꝝ reꝝ: adeo ut ab oībus sapiētissimus appellaret. Memorabilē: de q̄ fere oēs sermocinationē hēbāt: fuerūt. n. Scipio & Læli. unũ par amicoꝝ: scīēdũ tñ ē q; Scipio maior sociũ noīe Læliũ hũit: & ꝺ istis nõ itelligit. hic alius fuit Lælius mior q minoris familiaritatē Scipiõis hũit: ḡ duos lælios maiorē & minorē habemus sicut & Scipiones. / Scæuola. gener Lælii q̄ ab ipso Lælio de amicitia ꝓceperat Tullius cõmemorauit. ¶ Genus sermõis oñdit hũc sermonē uoꝝ ολοϛοσ fuisse i ꝺsuetudīe nõ medio criter apꝺ maiores: ut Platonē q̄ suis i opibus cõtinue dialogos facit: introduxit ꝓceptorē suũ sēp aliis psonis rtñ dētē. ¶ Et illustriũ: nõ hæc erat sermonis cõsuetudo i auctoritate solũ uterũ: sed & sapiētissimoꝝ & illustrium. Nescio quo pacto modus sic dicēdi: ac si dicat eē si non appareat rõ: qa tñ grauitas semp auctoritati maiorũ nõ pua adhibita fuit. ¶ Sic afficior: sic aio disponor ut nēo nõ putē sed Catonē i senectute loq̄ existimē: & sic accidit i amicitia: afficior iũgit cũ affectibus aī ut afficior merore uł lætitia. Senex: ad senē ego Cicero senex ad te atticũ senē. ¶ Amicissiũs: ac si dicat ego amicissimus loquor ad te amicũ meũ.

Aium auertas: remoueas uelī aium tuum a me. Post mortē Africāi minoris. Nã Sci. hic plebi fauēs auxiliũ legi agrariæ tradebat: q̄ ex re nobiles eũ domi pemerūt: cuius morte tãto afficiebat merore ut domi totus mœstus se cõtineret. ¶ Tu ipse coḡsces: sēsus o attice legēs hæc amicitiæ ꝓcepta coḡsces te ipsũ. s. uoꝝ eē amicũ & i te hæc reperies. nã ut i attici uita legit amicitiis atticus semp delectatus ē: unde cõtinue i amicorum negociis uersabat. ¶ Sũt ista: hic amicitiæ tractatus incipit qui. g. ωραϛ μαθεια nũcupant. subaudiendũ ãt ē ut hoc præcesserit modo sermo istoꝝ generũ cũ socero Lælio. o. Læli quare tãtopere doles de morte Africani: nã te lachrymis afficis tãq̄ una mulier: qbo rñdit nõne debeo tãti uiri casu mœrore affici: q totus ciuitati splẽdor & magnificẽtia fuit. ¶ Melior: ad uirtutẽ. Clarior: ad factoꝝ gloriã. Sapientẽ: hũanaꝝ diuinarũq; reꝝ doctissimũ: & iõ oēs mirant te more muliebri casũ amici deplorare. Tribuebat hoc mõ Marco catoni. Sapiēs appellatus i senectute cato. Mõ. i. pauloãte i libro de senectute: nõ ãt dī hoc mõ apud Ci. triplici mõ hoc nomẽ

Scipio Lelius

Scæuola

ius disputatiõis snĩas memoriæ mandauī: quas in hoc libro exposui meo arbitratu. Quasi. n. ipsos induxi loquẽtes: ne inquã: & inqt sæpius ĩterponeret Atq; iõ feci: ut tãq̄ a præsentibus coram haberi sermo uideret. Quũ. n. mecũ sæpe ageres. ut de amicitia scriberẽ aliqd. digna mihi res: tũ oīum cogĩtiõe tũ nostra familiaritate uisa ē. Itaq; feci non inuitus ut prodesse multis tuo rogatu. Sed ut in Catõe maiore feci: q ē scriptus ad te de senectute. Catonẽ ĩduxi senẽ disputatẽ qa nulla uidebat aptior persona: q̄ de illa ætate loqueret q̄ eius: q & diutissime senex fuisset: & ĩ ipsa senectute præ cæteris floruisset. Sic quũ accepissemus a pribus maxie mẽorabilẽ. C. Lælii: &. P. Scipiõis familiaritatẽ: C. Lælii psona uisa ē idonea fuisse: q̄ de amicitia ea ipsa dissereret: q̄ disputata ab eo memĩsset magĩ meꝰ Scæuola: Genus ãt hoc sermonũ positũ ĩ hoīum uetereꝝ auctoritate: & eoꝝ illustriũ: plus nescio quo pacto uidet hñe gratuitatis. Itaq; ipse mea legẽs: sic afficior ĩterdũ: ut Catonẽ nõ me loq̄ existimẽ: sed ut tũ ad senẽ: senex de senectute sic ĩ hoc libro ad amicũ: aĩcissiũs de amicitia scripsit: tũ ē Cato locutus: quo erat nẽo fere senior tpibus illis: nẽo prudẽtior. nũc Lælius & sapiẽs: sic enĩ ē hĩtus: & aĩcitiæ gloria excellens de amicitia loqt. Tũ uelī a me aium parũp auertas Læliũ loq̄ ipsũ putes. C. Fãnius: & Qu. Mutius ad socerũ uenĩũt post mortẽ Africāi ab his sermo oritꝰ. Rñdet Lælius: cuius tota disputatio ē de amicitia: quã legens tu ipse cognosces. FAN. Sũt ista uera: Læli. nec enĩ melior uir fuit Africano q̄ nec clarior. Sed existĩare debes pīum oculos ĩ te eẽ cõiectos: unũ te sapiẽtẽ & appellãt & existimãt: tribuebat hoc mõ. M. Catoni Scimus. L. Acciliũ apud pres nros appellatũ eẽ sapi

Epilogus

sapientē positū eē iuenimus. sapiēs aliqñ dr q sciam alicuius optime tenet. ut fuit Lucilius Accilius ī iure ciuili: alio. n. mō sapiēs ē q p longā ætatē rex multax cogitionē adeptus ē ut Cato. tertius modus sapiæ repit: q ē circa pcepta bñ uiuēdi & cognitionē uirtutis sicut phīæ moralis: & hæc sapia ī Lælio fuit: quæ alios modo sapīæ supat. Vterq; alio mō: Cato ī cognitiōe multax rex: Accilius ī ciuili iure habiti sūt sapiētes. In senatu: ubi exercet gēus deliberatiuū. In foro: ī quo genus iudiciale tractat: iō maxius orator dictus. Prouisa: multa q̄ puiderat ī senatu pponebat. Vel acta: recitatio q̄tū ad forū ī quo accusabat & defendebat nā multas pſecutiones passus ē a galba: īmo ut ait Pli. sexagesies accusatus fuit & absolutus fuit sēp. R fisa ad senatū retulit: nā ibi p pōebat: deide obiectis rñdebat. Acute. īgenii subtilitatē demōstrat q̄ solis ī rñsis cogscit. si. n. aliqs ppōit illd ex cogitauit qđ dicturus ē. ſ. ī rñsis sine p meditatōe rñdet. Cogmē: more uirgiliano & ēt ciceroniāo cognomen p agnomīe poit: q̄ deide ī cognomīe p tpis successionē uertit: ut fuit unus ex Ciceroīs familia q naso porrū in modū ciceris hūit qđ fuit prio agnomē: deide lōgitudie eū cogmē ē uersū. Natura: īgenii subtilitate. Moribus: bonox cōsuetudie. Studio: bonax artiū & disciplīax. Doctria: phīæ moralis & uitæ gubernādæ rōem ī se cōtinebat: ī q̄re differt sua sapia a Catonis & Accilii sapia. Nec: sicut uulgus q p duo uerba unū putat eē sapientē: aut si aliqs ē bñ ĩdutus q loquax sit a uulgo sapiēs dr. Eruditi: q doctū bōa rū disciplinax sapiētē appellāt. In re liq̄ græcia: ī tota italia: q pp phōs græcos: q ī ea hītarūt magna quōdā græcia dicta ē: ac si dicat ī tota italia nō inuenīt alius sapiētior te: sed tñ uidet dicere de uera græcia qa subiūgit septē sapiētes: q græciæ sapientes appellati sūt. Nā: Fan. obiectiōi occurrit: q̄spiā eni diceret: tu dicis q Læ. ē sapiētior cæteris qui ī reliqua græcia inueniuntur cui rñdet q ēt illos Læ. pteriit: qñ ipsi ī aliq̄ arte sapientes appellati sūt: ut puta solon ī legibus. sed Læ. oia ī se pceperat q̄ a uiro docto pcipi possūt. & nō solū uirtutē hēbat sed ēt eā ī bonis reip. exercebat: septē fuerunt isti: Solon Atheniēsis: Chilo Lacedōnius: Periāder Corithius: Pithacus Mithyleneus: Cleobolus lidius: Thales milesius: Bias penensis. Athenis unū accepimus: cherephō Socratis discipulus ab oraculo reuersus rñdit sapiētissimū hoiem Socratē iudicatū eē ab Apolline q tñ ñ fuit sapiētior te ut dixīus ī aliis septē: hic pcepta uirtutis sciebat. Sed Lælius ad exercitationē eā afferebat: uerū ē q̄ sapiētissimus fuit Socrates: q phīam in terris duxisse fert. Nā si p ores phī solū stellax & cæli cognitionē hēbant. Socrates: āt de moribus disputare cœpit. Ducas tua. i. existimas ppa eē. In te. i. uirtus quæ ē in aio tuo posita existimē q̄ oīa bona cōtineat uel supat. ſ. externa & corpis. bonox genera tria sūt externa corpis & aī bona: aī ppe bona solēt appellari: q̄ Lælius ī corde fixa gerebat. Credo ex Scæuola: multi ex me & ex Scæuola ut credo quærūt quo pacto tolleres mortē amici tui Scipiōis. Eo magis: tāto magis q̄rebant: qñ his diebus nō fuisti in hortis Decii Bruti clarissimi uiri ad cogitandū qdnā ēt faciēdū: mox āt fuit ut clarissimi uiri ciuitatis gubernatores se in hortos siue domos alicuius cōferre ubi excogitabāt qd deberēt facere ī senatu uel de legibus faciēdis: uel de pace ad hoc ut p meditatiōe muniti melius scirēt ī senatu rñdere & pponere: ubi isti tales appellabāt. Cōmētādi. i. excogitādi: cōminiscor: frequētatiuū facit cōmentor tñ significat ēt fingo. Qui solitus es obire: assuetus es adire illū diē & præterire officiū cogitādi. Obire: pficere: alias mori. Diligētissime: ac si dicat nō solū illuc adibas: sed quæq; cū diligētia qđ faciēdū erat pficiebas: q̄ ex re hoium admiratio nascit. Id qđ aiaduerti. cōsideraui hoc rñdere interrogātibus de te qđ mortē amici moderate ferres: sic eni

entē. Sed uterq; alio quodā mō: Accilius q̄a prudēs eē ī iure ciuili putabat. Cato qa multax rerū usum hīret: multaq; eius & ī sēatu & ī foro: uel puisa pru dēter uel acta ostāter uel rñsa acute ferebāt. Propte rea q̄si cognomē iā hēbat ī senectute sapiētis. Te āt alio quodā mō dicūt: non solū natura & moribus: uex ēt studio & doctria eē sapiētē. Nec sicut uulgus sed ut eruditi solēt: appellare sapiētē: q̄lē ī reliq̄ græcia neminē. Nā q septē appellāt: eos q ista subtilius q̄rūt ī nūero sapientū nō hñt. Athēis unū accepius & eū qdē ēt Appollinis oraculo sapiētissimū iudicatū. Hāc esse ī te sapiētiā existimāt: ut oīa taa ī te posita eē ducas: hūanosq; casus uirtute īferiores eē putes. Itaq; ex me q̄rūt crdo: & ex hoc itē Scæuola quonā pacto mortē Africāi feras: eoq; magis q̄d his pximis nonis cū ī hortos. D. Bruti auguris cōmentādi cā ut assolet ueniſſemus: tu nō affuisti: q diligētissime sēp illū diē: & illud munus solitus esses obire. SCAEVOLA. Quærūt qdē. C. Læli multi: ut est a Fānio dictū. Sed ego id rñdeo: q̄d aīaduerti te dolore quē acceperis: tū sūmi uiri: tū amātissimi morte

Sapiēs triplex ponit

Septem Sapientes

Obire ppetere mori

Moderate ferro

tibi respondebã. Tũ moderate: moderate ferre dicimus aliqd qñ motus aĩ tẽperamus: utputa tristitiã. Nõ moueri. s. ad merorẽ cõtra stoicã opinionẽ sẽtit: i q̃ Cato solebat dicere hõ sapiẽs non debet cõmoueri.

Valitudo

¶ Nec fuisse hũanitatis: nõ ptinuisse ad tuã hũanitatẽ ut more Catõis ad dolorẽ aĩci nõ cõmouereris. q̃ i re pipatheticã imitat' opionẽ: q̃ fuit ut illi dolẽdũ eẽt q̃tũ oportebat ualitudinẽ aduersã fuisse cãm ꝓpter quã ñ affuisti collegio supioribus nonis. Valitudo mesõ é uocabulũ qd idiget sẽp epitheto. ¶ Recte: rñ det Lælius Scæuolæ: qñ ut iqt ille pp ualitudinẽ se domi tenuit: nec abduci ab isto ofício debui icõmodo meo. neq; alio meo incõmodo re

Vsurpare

